

Frgm.  
XI Idem novum bellum suscepit atque confecit.  
Q. Metellus detrectante collega suo Q. Hortensio ad-  
ministrationem provinciae Cretae ipse suscepit et ibidem  
confecto bello cognomentum ex virtute, ut supra diximus,  
Cretici meruit. Coeperat quidem ante illum orae maritimae 5  
praepositus M. Antonius piratas persequi, sed rebus non-  
dum confectis morte praeventus est.

Frgm.  
XII Non Asiae testibus, sed accusatoribus con-  
tubernalibus traditus.

Vigilanter subtrahit auctoritatem provinciae, qua 10  
Flaccus opprimi poterat, et subdit accusatores contuber-  
nales. Hoc enim prope nihil optinet auctoritatis, si con-  
tubernales ad obsequium mendacii obtemperaverint ac-  
cusatori, illud contra pro validissimo acciperetur, si  
accusatio provinciae totius incumberet. 15

§ 6. At a testibus laeditur.

Exsecutio haec omnis hanc optinet quaestionem, an  
testibus credendum sit. Et priusquam adgrediatur orator  
... destruere personam Graecorum et nationem gentili  
quadam levitate praecipitem, statim prima conflictatione ... 20  
opponit praecedentium magistratum: in quibus bene  
cognitum et gloriose probatum L. Flaccum non oporteat  
his cum maxime testimonio pugnantis addici, cum plura  
sint, quae laudi proficere debeant, quam quae nunc crimini  
fidem faciant. 25

Nullam in re familiari sordem.

Notabile hoc, quod singulari numero *sordem* dixit,  
cum de moribus ad cupiditatem pecuniae promptioribus